Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

quid dicat; esse nec inquit isti; Apud phaeniconem quidem
sequi erre credicit. quae ut diximus sapientiae iter tortuo
sum est. multor habens fluxus. multae difficultates.
plurimos anfractus; Denique si confitebere unum dm.
eadem confessione patrem & filium & spm sm adse
ver unum dm. Quem tortuosum quam difficile quam
inextricabile videtur hoc esse infidelibus; Tum dein
de cum dicis dnm maiestatis crucifixum & filium hominis
esse qui descendit de celo. quam tortuosa haec videnti
& quam difficilia qui audit. sinon cum fide audiat;
dicit. qui ait esse nec isti; sed fixus esto nec dubitet de huius
modi fide. scient quia dis tibi ostendit hanc fidei viam;
ipse enim dixit; tollentes de ordine castra conlocate inter
epaulcum & inter magdolum contra beelsephon; Fugi
ens ergo aegyptum venis ad hec loca. venis ad has operum
ascensiones & fidei. venis ad aedificium turris. venis
ad mare & occurrunt tibi fluctus. Non enim iter
vitae sine tempestationum fluctibus agit. sicut & apls
dicit; Omnes qui volunt pie vivere in xpo. persecutionem
patient. sed & iob nihil ominus pronuntiat. quia
tempestatio est utra nostra superiorem; Hoc est
ergo venisse ad mare; sed si mors sen. id est legem
di sequens agere hoc est. aegyptus cequi dem persequi
& insectari. sed vide quid fiat; Levavit inquit